



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

X. De paucitate ueræ Ecclesiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

Beniamin, & alia exempla innumerabilia ostendūt.  
Sed multò latius pietatis & rectè factorum premia  
patent, ut in primo Præcepto dicitur: Faciens mise-  
ricordiam in millia, his, qui diligunt me. Et hoc loco  
Dominus Sodomis parsurus erat, Si decem pij inter  
eos inuenti fuissent.

Prædictio autem pœnarum Sodomæ testatur,  
Non casu, sed certo Dei consilio & deliberatione  
pœnas infligi.

X. Locus.

DE PAUCITATE  
veræ Ecclesiæ.

Semper maxima pars generis humani uiuit in  
Epicuræo contemptu Dei & Euangelion de Filio  
Dei superbè aspernatur. Ideo sæpè præmonet Deus  
pios, ne paucitate Ecclesiæ offensi existiment nullam  
partem generis humani peculiariter Deo curæ esse,  
ut Esai. 1. Nisi Dominus reliquisset nobis Semen, quasi  
Sodoma fuissemus.

Esai. 65. Quomodo si inueniatur granum in bo-  
tro.

Luc. 12. Noli timere pusille grex.

Luc. 18. Filius hominis cum uenerit, num inueniet  
fidem in terra?

Math. 13. Quarta pars seminis cadit in terram  
bonam.

Huc

Huc & Exempla pertinent, Diluuij, in quo ob  
homines tantum seruantur, & hoc loco Sodomorum  
in quibus uix decem inueniuntur, & Christi tempore  
Ecclesia Dei erat exiguus cœtus Zacharia, &  
meonis, Annæ, Elizabet, Mariæ Ioseph &c.

His dictis & exemplis, nos nunc quoq; intuent  
in maximam multitudinem generis humani, cele-  
stem Idola, & paucitatem ac distractionem eorum,  
qui uocantur Ecclesia Dei, consolemur & comp-  
memus.

## CAPVT XIX.

### LOCI PRÆCIPVI

- I. *Conflagratio Sodomorum est  
exemplum horrende iræ Dei  
aduersus peccatum, & imago  
extremi Iudicij, in quo eter-  
ternas pœnas impij abijcitur.*
- II. *Liberatio Loth est exemplum  
diuinæ conseruationis re-  
quæ*